

cessaria, aut æqualia, *secundum speciem;*  
ex oblivione & omissione consideratio-  
nis aut inquisitionis debita.

187. Unde *non necessaria* aliquando ap-  
parent, quæ sunt necessaria: & *æqualia*  
bona, aut etiam meliora, quæ reverâ  
prava sunt.

### QUÆSTIONES.

1. *An angeli sint creati ante hunc mundum  
visibilem.* N.
2. *An in bono perseverantes opus habuerint  
Mediatoris?* D. non ad reconciliatio-  
nem: attamen ad conservationem,  
vel saltem beatitudinem plenio-  
rem.
3. *An imago Dei consistat potissimum in do-  
minio orbis?* N.
4. *An sapientia, justitia, & immortalitas,  
fuerit homini naturalis?* A. prout natu-  
rale dicitur, cum quo aliquid creatio-  
nis dono ac lege veluti *natum* primò  
seu ortum est, & alia porro similiter  
*nasci debuerunt.*

DIS.